



COMMENTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
CONTINENS

10
926
1775/1.
POTIORA APANAGII CAPITA

IN SPECIE DISCVSSIONEM QVAESTIONIS:
**QVID RATIONE IVRIVM INTER RE-
GENTES, ET NON REGENTES I. PRIMO-
GENITOS ET POSTGENITOS CONTROVER-
SORVM, PRAESVMENDVM, STATVEN-
DVMQVE SIT ?**

QVAM

A V S P I C I I S

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI FRIDERICI II.

HASSIAE LANDGRAVII, RELIQA
RECTORIS ERNESTINAE MAGNIFICENTISSIMI

P R A E S I D E

**DOMINO CAROLO GVILIELMO
WIPPERMANN**

PHIL. ET IVR. DOCTORE, HORVMQVE PROF. P. O.
FAVTORE SVMME COLENDO

PRO OBTINENDIS

SVMMIS IN IVRE HONORIBVS
PVBLICO EXCELLENTISSIMORVM PROFESSORVM
EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

CAROLVS OTTO GRAEBE

IVR. CANDIDATVS.

DIE

DECEMBR. CIOICCLXXV.

RINTELII, TYPIS ANT. HENR. BOESENDAHL. AC. TYP.

CONSTITUTIONE...
CAPITULA

...
...
...
...
...

DOMINI FRIDERICI II

DOMINO...
...

...

...

CAROLVS OTTO GRAFFVS

...



ILLVSTRISSIMO ET CELSISSIMO
S. R. I. COMITI AC DOMINO
DOMINO
CAROLO PAVLO
ERNESTO

COMITI REGNANTI IN BENTHEIM,
STEINFVRT, TECKLENBURG ET
LIMBURG, DOMINO IN RHEDA,
WEVELINGHOVEN, HOYA, ALPEN ET HEL-
FENSTEIN, PRAEFECTO HEREDITARIO
COLONIENSI, DOMINO IN BATEN-
BURG ET HAVICKERWERTH
RELIQVA

RECTORI ILLVSTRIS ARNOLDINI
MAGNIFICENTISSIMO

IN DEVOTI ET GRATISSIMI ANIMI
ALIQVALE MONVMENTVM
HAS DE APANAGIO OBSERVATIONES
EA, QVA DE CET REVERENTIA ET SVBMISSIONE
DICAT ET CONSECRAT

AUCTOR.

INSTITUTIONE DE CLERICO
S. E. L. COMITI AC DOMINO

DOMINO
CAROLO PAVLO
ERNESTO

COMITI REGENTI IN BENTHEIM
SEINWERT, TECHENBERG ET
LIEBBERG, DOMINO IN RHEIDA,
WESTLICHBOVEN, BOVA, ALLEN ET HEL-
FENBERG, ERZBISCHOFF VON SACHSEN
COPENHAGEN, DOMINO IN SACHSEN
KONIG VON DÄNEMARCK

RECTOR UNIVERSITATIS
ALMA MATER

IN DEVOTIS ET GRATISSIMIS AMPLI
ALMA MATER HONORARIIS
HAS DE ANNO DOMINI 1711
PUBLICE PROTESTATA ET SUBLICATA
HOC EST CONSENSU

ANNO 1711



ILLVSTRISIME
ET CELSISIME COMES,



*Non vt clementiam, humani-
tatem, ingenium excel-
lentissimum, propensionem in literas,
et reliquas virtutes Tuas, laude mea*

) (3

maio-

ILVSTRISSIME
ET CERRISSIME COMES

*maiores, prout mos est literas dedica-
torias scribentium, laudibus extollam,
sed, ut gratissimum meum erga Te
animum, pro Tua singulari erga me
benevolentia et gratia publice testifi-
cer, specimen hoc inaugurale Tibi dico*

et

et 'consecro. Accipias illud serena,
qua soles fronte, Tuoque praesidio et
gratia me dignari pergas, hoc est,
quod ea, qua par est, reuerentia ob-
nixè rogo. O Supremum Numen Te,
Celsissime Comes, cum Illustrissima
Fami-

*Familia diutissime incolumem floren-
temque conseruet. Ita vota nun-
cupat*

ILLVSTRISSIMI
ET CELSISSIMI COMITIS

DEVOTVS CVLTOR

CAROLVS OTTO GRAEBE.



SECTIO I. GENERALIS.

§. I.

PRAEFATIO.

Quod Vir Celeberrimus de LEYSER in praefatione doctissimae tractationis de assentionibus IC^{torum} dedit consilium; vt, qui animum ad scribendum applicarent, id in primis cauerent, ne triuiale & vulgatum esset, in quo stylum exercerent, secutus, quaesui argumentum ex iure priuato principum elaboratione haud indignum. Huius enim iurisprudentiae partis gnaros non fugit, quam latum haec disserendi campum praebet, vid.

A

cele-



celeberr. NETTELBLADT ^{a)}. Quamuis nostro aetio haec nobilissima iurisprudentiae pars a ICTIS clarissimis HELFERICHIO & GRIEBNERO primum, deinde a STRVVIO, MOSSERO, & de NEVMANN aliisque loco citato laudatis, magis elaborata & exulta fit, & fundamenta illius nunc a Viris Excellentissimis PÜTTERO, & de SELCHOW, quorum institutionem gratissima mente recolo, accuratius posita sint; specialem tamen vberioremq; expositionem iuris apanagialis non inutilem fore existimo. Constat inter omnes, quot quantaque dissidia de iuribus primogenitorum & postgenitorum orta sint, & adhuc oriantur. Quemadmodum scilicet plerique sua forte non contenti, fortunis aliorum & facultatibus inuident; sic & accidere solet, vt illustres aliorum bona & potentiam inuidis intueantur oculis; quos enim inter plebeios sua forte haud contentos, aliorumque inuidentes fortunis deprehendimus, num inter illustres Phoenice rariores esse putemus? Non desunt saltem assentatores, pessimi illi consultatores, qui in consilium a principibus adhibiti, non ea suadent, quae iustitiae & saluti reipublicae, sed

a) *Hallische Beyträge zu der Iuristischen Gelehrten Historie, Tom. I. n. III. Entwurf einer Historie der Privat-Rechtsgelahrtheit der erlauchten Personen in Teutschland.*

sed quae ambitioni & affectibus principum satisfaciunt, quique fidei & iustitiae sanctitatem per cavillationes improbas corruptentes, paciscendum esse promissione aeterna, sed fide temporaria audacter existimant. Non mirum ergo, si apanagiati ex vna parte ad partem regiminis, & superioritatis territorialis adspirare audeant, primogeniti vero ex altera parte apanagiatos ad conditionem mediatorum redigere omni conatu laborent. Quae cum ita sint, eo maior diligentia adhibenda est, vt principia iustitiae & aequitati conformia sequamur.

§. II.

ORDO TRACTANDORVM.

Non in praesentia rerum totam iuris apanagialis materiam pertractaturus sum, sed quaedam tantum capita, speciatim vero illud, quomodo decisio ratione iurium inter illustres primogenitos, & postgenitos controversorum formanda sit, an pro illis, vtrum pro his praesumptio militet? Qua in tractatione ita versabor, vt prius Sect. I. generaliora principia de apanagio, eiusque indole praemittam, & praecipuas illius quaestiones proponam, deinde Sect. II. speciatim argumenti electi rationes ducam.



§. III.

SCRIPTORES.

Non quidem desunt, qui de apanagio integras commentationes ediderunt, quos MEYERVS *b)* collegit, sed hi scriptores partim studio partium tenentur, partim, iuris peregrini principiis quoad maximam partem imbuti, principia iuris Germanici, pacta, statuta, & mores familiarum illustrium negligunt, hinc plerique, vt recte iudicat vir Excellent. de SELCHOW *c)*, *huius collectionis libelli inficete* scripti sunt. Ex recentioribus imprimis PÜTTERVS *d)*, KOPPIVS *e)*, & MOSERVS *f)* commendari merentur. Speciatim scriptores de apanagio citant

MOSER

b) In corpore iuris apanagii & paragii. Lemgov. 1727. fol.

c) Element. iuris publ. Tom. II. §. 520.

d) De augendo apanagio, auctis redditibus natu maximi filii, penes quem imperium est, vulgo primogeniti regentis. Jen. 1745.

e) In praefat. opusculo PÜTTERI praemissa, de incongrua applicatione paragii & apanagii improprii ad familias Germanorum illustres.

f) *Im Staatsrecht* Tom. XIV.



MOSER *g*), de NEVMANN *b*), PÜTTER *i*), Insignem praestant vsum scriptores, qui de iure primogeniturae, cuius consequens est apanagium, exposuerunt, ex quibus Celeb. de LVDOLF *k*) praesertim commendandus; conducunt quoque collectiones pactorum, legum, & statutorum familiarum illustrium, quae vt magis & accuratius in lucem proferantur, optandum est.

§. IV.

INCOMMODA DIVISIONVM IVS PRIMOGENTIVRAE,
CVIVS CONSEQUENS APANAGIVM EST,
INTRODVXERVNT.

Cognitis in Germania Saeculo XIII & sequentibus, iuris Romani placitis, cum diuisiones territoriorum

A 3

rum

g) I. c. pag. 2--5.

b) In meditationibus iuris principum priuati, Tom. I. cui praemisit notitiam scriptorum §. XLIX. p. 43-45.

i) In primis lineis iuris priuati principum speciatim Germaniae. Goetting. 1768.

k) In tractat. de introductione iuris primogeniturae ad iura German. direct. Jen. 1703. In altera edit. de 1711. auctus est append. pactorum & documentorum variorum.



rum splendori, & potestati familiarum illustrium noxiae in dies frequentiores fierent, tandem proceres imperii incommoda ex his enata senserunt & remedia contra illa quaesierunt, ex quibus ius primogeniturae votis illorum maxime respondit *l*). „Sectio prouinciarum, inquit „de *LVDOLF m*), antea graui populorum damno facta est, „quorum fortunas, cum principalis pompae impendia „soli sustinuerint, consumi tam necesse est, quam multiplicatis solibus mundum terreri;“ sed iam per ius primogeniturae, quod in plerisque familiis illustribus nunc viget, effectum est, vt penes principem regentem summa rerum potestas maneat, & reliquis postgenitis tantum alimenta dignitati illorum conuenientia constituentur, quae sub *apanagii* nomine veniunt.

§. V.

APANAGII DEFINITIONES ET DENOMINATIONES EXPONVTVR.

Apanagium igitur est, quicquid sustentationis caussa siue alimentorum loco postgenitis a primogenitis datur, vel est complexus bonorum a primogenito, postgeni

l) DE SELCHOW Elementa iuris publ. Tom. II. §. 572. seq.

m) In Introductione ad ius primogeniturae, in Part generali pag. 34. aphorism. XII.

genitis ad congruam sustentationem praestandorum;
vel prout SPRINGFELDIUS ⁿ⁾ illud definit, est assignatio
prouisionalis alimoniae principibus postgenitis facta.
Conuenit cum illa HERTII ^{o)} definitio, qui apanagium
penfionem dicit, quam primogenitus, vel qui ex eius fa-
milia est, superioritatis territorialis compos, in pecu-
nia vel redditibus ex certa regionis particula vtragenito,
huiusue heredibus praestat; Plures definitiones affert
de COCCEN in dissertat. de success. apanagii Vol. I. Exer-
citat. pag. 995, qui ipse definit, apanagium per portio-
nem prouisionalem ex bonis, in quae iure primogenitu-
rae succeditur, reliquis fratribus ad congruam eorum
sustentationem constitutam. - Si de principibus, quibus
assignatur apanagium, hic verba facimus, quilibet, me-
etiam non monente, facile intelliget, vocabulum prin-
cipis hic non ipsum territorio imperantem, quo sensu
a Schorchio s. a BELLMONT ^{p)} accipitur, sed eum qui
ad

ⁿ⁾ De apanagio C. 1. n. 40. et seq.

^{o)} De Commentitia apanagii et paragii distinctione in Rom.
Germanici imperii principatibus, et comitatibus. In
Opus. Francof. ad Moen. 1737. Vol. II. §. IX.

^{p)} Dissert. de iure puniendi principem, in proprio, vel
alterius territorio delinquentem. *In wie fern und wie ein*
Reichs-

ad eius familiam pertinet, designare. Alimenta, quae apanagii titulo postgenitis tribuuntur, germanice vocantur, *eine Abfindung*, Deputat, Fürstlich - Gräflicher Unterhalt, aliquando etiam in pactis illustrium appellantur, *eine Erbportion*, Erbgebührens, Alimentationsmittel, Pensionen, Competenz, vid. MOSER q) Gallice vocatur apanage, souteenance, latine assignatio, prouisio, alimenta, portio, consule DV FRESNE r); principes postgeniti dicuntur apanagiati, secundo geniti *Abgefunden*, *Abgetheilte*, *Nachgebobrne*, *Deputatberren*, *Funkern*, *Cadets*, *Puisnez*, *Apennez*, incongrue *Erbberren*, *Erbfürsten*, nominantur. Denominationem, *apanagirte Herren Landgravii Hasslo-Rheinfeldenfes olim in du-*
bium

Reichsstand wegen eines durch sich, oder seinen Abgesandten, begangenen Verbrechen könne bestraft werden. Sect. II. §. 1.
Adde F. C. WALCH. cura sexus illustrium ex legibus chartisue publicis eruta. Ien. 1764. §. XIII. PÜTTER primae lineae iuris priuati principum. Sect. I. §. 1.

q) *Im Staatsrecht.* Tom. XIV. cap. 68. §. 2. §. 376.

r) Sub voce apanare in Glossario ad scriptores mediae et infimae latinitatis. Parisiis 1733. Confer quoque eiusdem Auctoris Dissert. de freragio et paragio quae germanice versa exstat in FRIED. GVIL. DE PISTORII amoenitatibus histor. iuridicis Tom. I. p. 61.

bium vocarunt, cuius in locum ad tollendas difficultates & logomachias Imperator s. eius nomine celsissimum iudicium imperii aulicum, verbo *abgefundene, abgetheilte Herren* substituit, de quibus pluribus differit MOSERVS s).

§. VI.

DE ORIGINE VOCIS APANAGII.

Quod ad originem & deriuationem vocis apanagii attinet, non vna est interpretum sententia. Alii a verbo graeco *ἐπάναγες*, quod sustentationem necessariam, sive alimentariam prouisionem indigitat, deriuant; alii a *πᾶν* & *ἅγιον* omne, & sanctum; alii a banno, quasi quis partem exclusoriam dicat, germanice *Abbannung, Abfindung, Hindanweisung* originem ducunt, ipsosque principes abannagiatos, abdicatos vocant confer. SPRINGSFELDIVS t). Eorum tamen opinio mihi verior videtur, qui verbum apanagium

s) l. c. pag. 144. & pag. 380. adde I. G. ESTORIS viri in historia patriae et iure publico versatissimi Ius Publicum Hassiacum hodiernum. Ien. 1740. cap. VII. §. LIV.
 t) l. c. cap. I. n. 13. seq. pag. 3. in corpore iuris apanagialis, et paragialis.



um a Gallis ad nos translatum a verbo apanare, quod panem praebere significat, deriuant. Quamcunque autem mauiis, sententiam elige, neque enim te insanire, si in alia abis cum scriptoribus a MEYERO citatis dixerim. Corroboratur vero sententia a me adoptata, auctoritate optimorum glossariorum CAROLI DV FRESNE ^{u)} & Celeb. CARPENTIER ^{v)} quorum hic ita scribit: „Apanare de-
 „notat *panem*, ac cibum porrigere &c. adde charta Regi-
 „naldi Comitum Forens. an. 1265. ex bibl. reg. Primoge-
 „nitus, seu Primogenita debet habere possessionem baro-
 „niae integraliter, & perfecte per consuetudinem terrae
 „illius Bellijoci, & alios fratres suos appanare per eandem
 „consuetudinem. Nostri apanare eodem intellectu,
 „Charta LVDOV. X. regis Franc. an. 1314. in Reg. 50.
 „CHARTOPH. reg. Ch. 138. Entre Loys de Clermont,
 „Sires de Bourbon, & Johan son Frere, fu meue questi-
 „ons sur ce que le devant, diz Johan demandoit à avoir
 „sa portion de la succession des biens de leur dome, &
 „le devant diz Loys disent que il le devoit appaner seu-
 „lement, quar il estoit ainfez &c.“

§. VII.

^{u)} Sub voce apanare. Tom. 1. pag. 543. seq.

^{v)} In Glossario nouo ad scriptores medii aevi Tom. 1.
 Paris. 1766. fol. p. 241.



§. VII.

ALIVS ADHVC NOTATVR SIGNIFICATVS APANAGII,
ET VOCIS VSVS DEFENDITVR.

Singularem idem laudatissimus CARPENTIER I. c. annotat significatum vocis apanagii, quo scilicet fumitur pro pastu porcorum, quem tamen hic a scopo alienum esse, nemo non videt. Caeterum vocis huius peregrinae usum beneuolum mihi lectorem vitio non verfurum esse confido, cum non solum eam in I. P. O. Art. IV. §. 12. sed & in aliis scriptis tam politicorum, quam ICTorum celeberrimorum inueniet. Non quidem me latet, fuisse & adhuc hodie esse ICTos, qui a recepta hac voce Gallica, etiam iura Gallica recipienda esse contenderunt, quique, distinctione apanagium inter & paragium formata, Germaniam mirifice turbarunt, sed quam hi fallantur egregie docuit Vir Excell. & Doctissimus IOANNES ADAMVS KOPPIVS w).

§. VIII.

DE INDOLE APANAGII, DE APANAGIO ET PARAGIO,
DE APANAGIO PROPRIO ET IMPROPRIO
BREVIS EXPOSITIO.

Dixi §. V. apanagium esse, quicquid illustribus

B 2

post-

w) Loco ad §. III. citato.

postgenitis alimentorum loco a principibus regentibus tribuitur: perinde est, vtrum loco alimentorum pecunia data sit, an terrae, ex quibus reditus percipiant, postgenitis concessae sint, licet consultius sit, ob lites fugiendas, quibus mali consultores ansam praebent, vt apanagium pecunia constituatur. Vera indoles apanagii ad analogiam viduarum illustrium alendarum introducti, consistit in alimentis, quae ob exclusionem, a successione, per peregrina iura inducta, & a regimine, & superioritate territoriali, postgenitis tribuuntur, unde optime notante MOSERO *) primogeniti *regierende Herren*, postgeniti *nicht regierende Herren* vocantur. Posito enim iure primogeniturae, ponitur vnicus regens, cum exclusione postgenitorum, quibus saltim pro dignitate alimenta constituuntur. Multi quidem opinantur, eo casu, si certa pars regionis cum regalibus quibusdam concessa sit, apanagium aliam plane indolem accipere, & tunc s. paragium s. apanagium improprium appellant. *Paragium* vocant, si terrarum quaedam diuisio facta, ita tamen, vt maximo natu maior pars cum superioritate territoriali relicta sit, quae notio arbitraria significatui ex moribus Gallorum, aperte vim insert. *Apanagium proprium*

*) *Staats-Recht.* Tom. XIV. §. 5. p. 380.

proprium ex SPRINGSFELDI y) sententia dicitur, quod strictam apanagii naturam retinet, & *improprium* quod quadantenus a natura recedit; ex HERTII z) mente *proprium* est, cum primogenito superioritas territorialis cum omnibus suis partibus salva, pura, illibata, & integra manet; *improprium* vero, ubi primogenitus quidem regionis est dominus, sed apanagiatus certam regionis partem regendam accipit, & quidem interdum cum quibusdam regalibus, interdum, ita, ut primogeniti superioritatis territorialis exercitium temperetur, quando cum eo, in nonnullis iuribus, secundo genitus concurrit. Verum cum hae distinctiones pactis, dispositionibus, & statutis Germanorum aduersentur, cum nullis certis principiis nitantur & maius s. minus speciem non mutet, parumque utilitatis praebeant, deniquae erudite & satis a laudato KOPPIO §. praecedente citato refutatae & explosae sint, illis refutandis non insistam, ne actum agere videar a).

B 3

§. IX.

y) L. 2. cap. 9.

z) In Dissert. S. V. (n) allegata §. XI. et XII. in opusc. HERTII ex editione HOMBERGII Tom. II. pag. 66. seq. si quae tamen probanda mihi esset distinctio, HERTII distinctionem eligerem, quippe quae, naturam sive essentiam apanagii non tollit.

a) Cf. quoque MOSER, l. c. pag. 377 -- 380.



§. IX.

DE ALIIS DISTINCTIONIBVS IVDICIVM
FERTVR.

Missis distinctionibus in apanagium, & paragium, in apanagium proprium & improprium, quarum illam SCHILTERVS *b)* & THOMASIVS *c)*, hanc SPRINGSFELDIUS *d)* & HERTIVS *e)* tuiti sunt, aliae adhuc distinctiones confideran-

b) IOH. SCHILTER de paragio, et Apanagio. Argent. 1701. adde Excell. CARPENTIER in Glossario nouo Tom. III. p. 165 -- 166. qui varios paragii ex moribus Gallorum significatus recenset, proprie denotat partem hereditatis a primogenito, secundogenitis in feudum concessam.

c) Vindiciae distinctionis inter paragia et apanagia,

d) loc. cit.

e) In diss. saepe citata. Reliqua scripta ad hanc controuersiam spectantia citat PÜTTERVS in primis lineis I. P. P. §. 49. not. *b.* HERTIVS et THOMASIVS scripserunt in gratiam Comitum Lippiensium vid. Vindicias Thomassii cap. IV. §. III. HERTIVS causam comitum Lippiacommoldiensium defendit, THOMASIVS vero iurium comitum Lippiacorum post genitorum praetenforum patrocinium in se suscepit. Plura de lite hac, in familia Illustri Lippiaca, per plura lustra iam ventilata, dabit FRIEDER. WILHELM. PESTEL, egregium Ernestinae nostrae olim

randae veniunt. Distinguunt apanagium in *legale*, *pacti-*
tium siue conuentionale, & *testamentarium* prout s. lege
s. conuentione siue pacto s. testamento constitutum est.
Etsi quidem ita apanagium distingui possit, exiguam
tamen differentiam inter illa intercedere, nec magnam
utilitatem inde redundare, dudum animaduertent inter-
pretes perspicacissimi PÜTTERVS f) & MOSER g). Alii
apanagium dispescunt in *reale*, quod in heredes masculos
transit, & *personale*, quod apud vnicum manet, nec ad
heredes transmittitur h). Diuiditur quoque in *certum*,
si lege familiae quantitas apanagii definita, & *incertum*,
si arbitrio primogeniti relicta est i).

§. X.

olim decus, nunc Lugduni Batauorum splens, in fe-
leſtis ad illustrandum ius publicum et priuatum Lip-
piacum Rintelii 1762. Sect. 1. §. V. seq.

f) Diff. cit. § 11. Coroll. 11.

g) loc. cit. §. 4. p. 380.

h) cf. PETRVS MÜLLERVS in Diff. de onere dotandi filias illu-
sres patrum apanagiatorum. §. XXVII. habita, Jen.
174. resp. Weidling.

i) cf. PÜTTER Elementa iuris Germ. priuati §. 759.



§. X.

DE PERSONIS APANAGIVM CONSTITVENTIBVS,
ET QVIBVS CONSTITVATVR.

Iuris primogeniturae, quod ad splendorem familiarum conferuandum optime constitutum est ^{k)}, consequens est apanagium; hinc illud introducentes, etiam hoc constituunt: personae autem, quibus constituitur, sunt secundogeniti eorumque descendentes; non vero omnes descendentes simpliciter ad apanagium admittuntur, sed tantum masculi, & quidem illi solum, qui ex aequali matrimonio nati spem aliquando succedendi habent; quae vero feminis alimenta debentur, significatu tantum latiori apanagii nomine veniunt ^{l)}. Non nisi iuris Germanici expertem fugiet, feminas Germanorum moribus a successione regulariter excludi, & demum, deficientibus masculis, ad illam vocari. Probo inde fluit alueo, aliam sexus sequioris ac masculini conditionem esse. Licet enim filiae nupturae a patre s. fratre s. agnatis dote, alimentisque instruantur, deteriorem tamen earum ac postgenitorum, quibus ob exclusionem a successione ante introductionem iuris primogeniturae

^{k)} FRIED. CARL VOIT. DE SALZBURG de emolumentis territoriorum Germaniae ex iure primogeniturae descendantibus
Lips. 1718.

^{l)} DU FRESNE l. c. Appanu vne fille: est dotem dare &c.

mogeniturae ipsis competente, alimenta apanagii titulo
constituuntur conditionem esse, nemo inficias ibit *m*).
Quod vero ad onus dotandi filias illustres apanagiato-
rum attinet, respiciendae sunt leges & mores familiarum
illustrium, quibus deficientibus patribus illud apanagiatibus
incumbere cum MÜLLERO *n*) statuo.

§. XI.

DE QUANTITATE APANAGII.

Quantitas apanagii non vno eodemque modo
regitur, sed maior minorque esse solet, habito respectu,
ad dignitatem, redditus, & vires primogeniti. Quinque
vel quatuor pro Centum, deductis antea oneribus ex re-
ditibus primogeniti assignari debere, generaliter statui ne-
quit, licet haec sententia aequitati non aduerfetur, sed ante
omnia res, ex pactis, dispositionibus legibus & obser-
vantia familiarum principum decidenda est, quae si nihil
definiunt, plerumque illa redit ad arbitrium s. primogeniti
s. agnatorum s. summi iudicis. Ad legitimae vero mensu-
ram

m) De COCCEN diff. cit. cap. III. §. 12.

n) loc. cit. vide quoque *Seipium* de libertate statuum pro-
vincialium circa dotationem filiarum illustrium, potissi-
mum apanagiatorum. Goett. 1747. In Hassia, vt eti-
am in multis aliis familiis illustribus dotantur xe aerario
provinciali.

ram non respicitur, quippe quae hic plane exul est, haec enim successionem iure Romano introductam, quam familiae illustres Germaniae ignorant, redolet; nec apanagium iure diuisionis, vel titulo honorabili heredis, sed per modum prouisionis alimentariae postgenitis, assignatur, Confer. v. MOSER^o), DE LVDOLF ^p), PFEFFINGER ^q), PÜTTER ^r). Praestanda sunt apanagia terminis & modis conuentis, nec obligantur postgeniti deteriores conditiones accipere; idcirco camera imperialis comitem regentem Lippiensem, qui nummos viliores obtulerat, recte condemnauit. Vid. L. B. DE CRAMER ^s).

§. XII.

APANAGIATI DIGNITATEM FAMILIAE, ET FORVM
CONSERVANT.

Etsi primogeniti regimine, & superioritate territoriali priuatiue gaudeant, & non regentes siue postgeniti ab his exclusi sint, hi tamen dignitatem familiae seruant ^r),

^o) loc. cit.

^p) Tr. de iur. primog. part. speciali pag. 90.

^q) In Vitriario illustrato lib. III. Tit. XX. b. 69. seq.

^r) In primis lineis iur. priv. princip. §. 4. seq. In dissert. citata §. 15. Et in dissert. de normis decidendi successionem familiarum illustrium, §. 34. seq.

^s) *Wetzlarische Neben-Stunden.* Part. 37. S. 171.

vant e), iisdemque insignibus & titulis vtuntur, licet in vita communi regentes *Fürsten*, non regentes *Prinzen*, appellari soleant, Alii adhuc hanc inter vtrosque principes intercedere differentiam obseruant, quod illi vocentur *Herzoge*, *Landgrafen*, *Fürsten zu* — hi vero tantum denominentur *Herzoge*, *Prinzen von* — quae tamen differentia non vbique stilo publico probatur. Vexatissima in iurisprudencia personarum illustrium, inter ICTos controuersia est, quo foro vtantur apanagiati in personalibus, vtrum principi regenti subsint, an supremis imperii iudiciis? In vtramque partem disputarunt viri Celeberrimi; equidem illis accedere nullus dubito, qui posteriorem sententiam defendunt. Quod enim ab exteris regnis ducitur argumentum ad principes Germaniae applicari nequit, cum alia plane Germaniae & aliarum rerum publicarum sit ratio, & iurisdictionis alius habitus; neque renunciatio fori, quae facti est, praesumitur; „neque consensus postgenitorum, vt monet BLESEN u) in vltimus, quam ad hoc, quod conceptus primogeniturae inuoluit, scilicet ad renunciationem successionis in fauorem lineae primogeniti extendendus;“ neque in dubio Caesaris & Imperii iurisdictione

C 2

immi-

e) PÜTTERI in prim. lin. I. P. §. 46.

u) Diff. de iurisdictione principis regentis in fratres apanagiatos. Giesae 1746. recusa est. 1756.



imminuenda est; quibus argumentis obseruantia, testan-
tibus viris clarissimis v) robur addidit. Hinc & bene-
ficium austraegarum ipsis adscribendum esse, analogiae iu-
ris publici consentaneum esse recte statuitur, vid. praeter
citatos DECKHERR w), DE LVDOLF x), WAHL y).

§. XIII.

QVATENVS IN APANAGIO IURI PRIMOGENTIVRAE LOCVS SIT, DISQVIRITVR ?

Iuri primogeniturae in apanagio locum esse plane
negat, DE COCCEH z) afferens apanagium alimentorum
loco, quae omnibus debentur, concedi, omnes con-
gruam dignitati portionem habere debere, nec ius pri-
mogeniturae obtinere, nisi rite constituatur, quod in
apanagio factum non esset. Verum hae rationes a viro
clarissimo allatae me non impediunt, quo minus in aliam
fenten-

v) PÜTTER prim. lin. I. P. P. §. 53. & in introductione in
rem iudiciariam. Imp. P. I. Tit. 1. Sect. 2. Cap. 2. §. 85.
de SELCHOW Elementa iuris publ. Tom. II. §. 519.
MOSER *im Staatsrecht.* Part. IV. c. 69. pag. 399. seq.
H. C. HORN in iuris publici prudentia c. I. §. IV. p. 553.

w) Vindic. Blum. Tit. 27. n. 7.

x) I. c. part. spec. §. 12. n. 7.

y) De sententiarum summorum S. R. I. iudiciorum contra
principes apanagiatos executione. Goetting. 1749.

z) In diff. cit. cap. III. §. 25. Vol. 1. Exercit. p. 1008.

sententiam discedam. Etenim si per ius primogeniturae hoc loco tantum ordo succedendi in fauorem natu maioris determinatus intelligitur, qui mutationem & determinationem admittit, obseruante id, Viro clariss. G. L. BOEHMERO a), fautore ac praeceptore meo venerando, fieri posse putem, vt & in apanagio ius primogeniturae, consentientibus eorum, quorum interest, introducatur, ita tamen, vt pro dignitate reliquis alimenta relinquuntur. Ne autem tales dispositiones, vti rectius vocantur, in praeiudicium vergant, summi regentis est, prouidere. Egregie haec illustrantur transactione inter D. WILHELMVM VIII. Hassiae Landgrauium regentem, & Landgrauium CONSTANTINVM Rothenburgicum d. 25. Mart. 1754. inita, in qua Landgravius WILHELMVS, Constantino dispositionem talem facere permisit b). Ex-

C 3

hibet

- a) In principiis iur. feudal. lib. I. sect. I. c. IX. §. 147. edit. secund.
- b) Verba concernentia hic addere, non abs re duco: „*Es bewilligen des regierenden Herrn Landgraf zu Cassel Hochfürstl. Durchlaucht Dero Herrn Vettern Landgrafen Constantin zu Rothenburg Hochfürstl. Durchlaucht zu Faveur eines ihrer dormaligen Prinzen, welchen Sie wollen, und dessen jedesmaligen Descendenten, auch wer bey Ihro Fürstl. Nachkommenschaft nach derselben Gutfinden mit oder ohne Kayserlich Allerhöchste Genehmigung, eine solche Väterliche Disposition und Theilung unter ihren Fürstl. Kindern vors künftige zu errichten, kraft deren die in der sogenannten Hessischen Vniuersal-Quart bis dahin üblich gewesene Communion abgestellt, und*



hibet hanc transactionem L. B. DE CRAMER e). His praemissis iam ad alteram dissertationis meae partem progredior, de qua agit.

SECT.

und jetzt gemeldete Quart demjenigen Prinzen und Succesfori, in Ansehung dessen eine solche Disposition errichtet werden wolle, allein verbleiben, dahingegen einem jeden der übrigen Prinzen, so bald sie nicht mehr unter Väterlicher Gewalt stehen, und das 25ste Jahr erreicht haben, von denen solcher gestalt vor den übrigen vorzüglich zu bedenken den Erben ein Gewisses zum Fürstenmäßigen Unterhalt, welches jedoch des Herrn Landgrafen Constantin Durchlaucht, dem untersuchten Ertrag und eingesehener Billigkeit nach, nicht unter 3000. Rthl. nebst freyer Wohnung bestimmen wollen, verabreicht werden solle.

Es haben aber des regierenden Herrn Landgrafen zu Cassel Hochfürstl. Durchlaucht sich hierbey ferner ausdrücklich vorbehalten, daß, gleichwie in Dero Hochfürstl. Haus, und allen davon abstammenden Linien nur eine einzige erstem priuatiue zustehende Primogenitur statt haben könne, also auch die des Herrn Landgrafen Constantin Hochfürstl. Durchlaucht vorhin ausgedruckter maßen unter Ibro jetzig, und künftiger Posterität, aus sonderbar bewegenden Ursachen zu errichten bewilligte Disposition und Väterliche Theilung weder jetzt, noch in Zukunft zu ewigen Zeiten eine Primogenitur heißen, noch im mindesten nach allem dem was davon dependiret, dafür ausgedeutet, oder auch das hierunter erhaltene Kayserl. Diploma sich bezogen werden soll, andergestalt Höchst Ibro des regierenden Herrn Landgrafen Hochfürstl. Durchlaucht und Dero Nachkommenschaft eine solche Disposition niemals agnosciret, oder Dero unter solchen alleinigen feyerlichsten Bedingungen gegebenen Consens darzu ertheilt haben wolten, wohl aber, da ohne mindeste Rück-

SECT. II. SPECIALIS,

QVAE

QVID RATIONE IVRIVM INTER PRINCIPES REGENTES,
ET APANAGIATOS CONTROVERSORVM PRAESV-
MENDVM STATVENDVMQVE SIT, TRADIT ?

§. XIV.

NORMAE DECIDENDI PRIMARIAE.

Prius vero, quam argumentum ipsum tractandum fu-
scipio, haec monenda esse reor, quod non ex iuris
peregrini principis decisio ratione apanagii, illiusque iu-
rium

Rücksicht auf eine nach Dero vestbestehender Hausverfassung, und Ibro darnach öffentlich soutenirten Grundsätzen, unter denen Fürstl. Descendenten der Rheinfels-Rothenburgischen Linien unplatzgreiffliche vorhingedachte väterliche Theilung eingeführt würde, Höchst dieselbe vor sich, und Ibro durchlauchtigste Nachkommen hiermit bey wahren Fürstlichen Worten, trauen und glauben, die verbindlichste Versicherung ertheilen, sothane Disposition gegen alle und jede desfalls wider Verhoffen in künfftigen Zeiten zu erregende Einwendung, oder Contraventionen aufs kräftigste zu unterstützen, auch nebst des Herrn Landgrafen zu Rothenburg Hochfürstl. Durchlaucht zu desto mehrerer Vesthaltung dieses und obigen alles Ibro Kaiserlichen Majestät nebst Churfürsten und Ständen des Reichs gesamter Hand aller unterthänigst, dienst- und freundlich, auch günstig zu ersuchen, diesen Vergleich seinem ganzen Inhalt nach, so, wie bey dem Regensburger Haupt-Vertrag ebenfals geschehen in vim sanctionis pragmaticae, & legis publicae zu bestätigen und zu garantiren.

c) *Weizlarische Nebenstunden, 93. Theil IV. St. p. 87. Fürstl.*

rium formanda sit, sed ex familiarum illustrium pactis dispositionibus, legibus, ex obseruantia & analogia. Quamquam recte principia iuris communis, illis deficientibus, negotiis & causis illustrium applicari possint, norma tamen decidendi ex illis peti nequit, si instituta Germanis propria, Romanis incognita decidenda sunt. Inprimis vero in praesenti argumento his fontibus utendum est, quia ius primogeniturae & apanagium singularem plane rationem, & indolem a iure communi Romano & canonico longe diuersissimam habent: Quorum fontium dum datur copia, non curamus *cum* HYPPOLITO A LAPIDE *d)* „veterum legum faeces, aut impuras legistarum lacunas,“ confer. PÜTTER *e)* qui hoc argumentum ex instituto persecutus est.

§. XV.

EX REGVLA APANAGIATVS IVRIVM TERRITORIALIVM
NON EST PARTICEPS, PRO PARTE TAMEN CVM IPSO
COMMVNICARI POSSVNT; EST IMMEDIATVS
NON VERO EST STATVS IMPERII.

Ex iuris primogeniturae & apanagii conceptu fluit,
alimenta saltem pro dignitate, non iura territorialia, &
regalia

*Fürstl. Rheinfelsischer Vergleich mit dem Fürstlich Casselschen
Haus, die Vestung Rheinfels betreffend.*

d) In Praefat. lib. de ratione status.

e) Dissert. de normis decidendi successionem familiarum illustrium

regalia apanagiatis competere ex regula igitur vi iuris primogeniturae princeps regens superioritate plena & indiuisa gaudet, & apanagiatus ab hac exclusus est. Conf. VITRIARIUS f), ESTOR g). Prout vero omnis fere regula exceptiones admittit, sic & fieri posse, vt iura quaedam territorialia in postgenitos transferantur, non in dubium voco, immo communicationem iurium territorii olim frequentissime factam esse cum Celeberrimo de LVDOLF b) sentio, quo tamen casu iura haec administratorio iure, vt ait ESTOR loc. cit. concessa sunt. In grauem vero errorem illi incidunt, qui a concessis quibusdam iuribus territorii, ad iura status imperii concludunt, cum absque dubio ius voti & sessionis in comitiis, solum statum imperii constituat, & ex eo Character status imperii diiudicandus sit: neque a iurisdictione supremorum imperii iudiciorum supra a nobis his asserta, neque a beneficio Au-
strae-

illustrium controuersam. Goetting. 1757. adde HORIX Tractat. de fontibus iuris Canonici. Mogunt. 1758. §. I. „In specie iurisprudencia, quae circa iura *privata illustrium* &c. versatur non amplius e iure Romano, sed e iure Germanico desumitur.“

- f) In Institutionibus iuris publici lib. III. Tit. XX. §. 78.
 g) In iure publico Hassiaco hodierno. cap. VII. §. LV.
 b) In Tr. de iure primog. in append. pag. 328. 15. In fin. adde HERTIVM de superioritate territoriali. §. IV. seq.

straegarum argumentum defumi potest, cum plane diversa sint, principes & immediatos imperii esse & status. Conf. PFEFFINGER ⁱ), MOSER ^k), DE LVDOLF ^l), COCCHEI ^m), PÜTTER ⁿ).

§. XVI.

IN GENERE PRAESUMPTIO PRO PRIMOGENITO
MILITAT.

Haectenus dicta & adhuc dicenda de casu, si terrae & praefecturae postgenitis datae sunt intelligenda esse, cuius facile erit perspectu; quod si enim pecunia numerata apanagium s. deputatum constitutum est, plurimae lites praeciduntur, adeo vt de iuribus eminentioribus regiminis vix ac ne vix quidem lites oriri possint. His suppositis, si iam inter primogenitos, & secundo genitos controuersia nascitur de iuribus sibi inuicem competentibus, hi probe secernendi sunt casus. Aut pacta, legesue familiae adsunt, aut non; si prius, ex his pactis legi-

ⁱ) In Vitriar. illustr. lib. III. Tit. XX. §. 77. sq.

^k) In *Ssaatsrecht* Tom. 14. pag. 412.

^l) loc. cit.

^m) In *diff. de Characteribus statuum imperii* Tom. 4. Exercit. p. 918. adde ENGELBRECHT de nota characteristica stat. Imp. §. 17. & G. A. STRUV de requisitis statuum I.R.G. §. XI. p. 13.

ⁿ) *Auserlesene Rechtsfälle* Tom. I. p. 52.

legibus, secundum intentionem paciscentium, & indolem iuris primogeniturae controuersia dirimenda est, de quibus sequentibus; si posterius recurrendum ad principia generalia, & ex natura iuris primogeniturae & apagnagii lis decidenda est. Introducto igitur iure primogeniturae, quod ad splendorem familiae conseruandum, & euitanda diuisionis & communionis incommoda, apprimē utile esse nouimus, primogenito summa rerum potestas siue superioritas territorialis, & regimen indiuisum, postgenito uero alimenta tantum pro dignitate concessa sunt. Quae cum ita sint, licet secundogeniti possessiones terrarum s. praefecturarum acceperint, quod, ut uidetur, olim partim ex inopia pecuniae, quae non semper parata erat, partim ex parentum affectu, partim ex nimia ueneratione, qua Icti antiqui ius Romanum, quod postgenitos cum primogenito ad aequalem successionem in bona patris, uocat, prosecuti sunt, factum est, nulla tamen alia iura translata sunt, quam quae ad fructus percipiendos requiruntur. Iura autem regalia, quae ad superioritatem territorialem referuntur, penes regentes manent, hinc in genere praesumptio illorum intuitu pro primogenito militat.



§. XVII.

DE CASV, SI PACTA, LEGESVE FAMILIAE ADSVNT
LOQVITVR.

Cum ius primogeniturae plerumque legibus, testamentis, pactisue familiarum illustrium introductum sit, in definiendis controuersis, quae de apanagiatorum iuribus geruntur, ad illa potissimum respiciendum, & ex mente paciscentium, obseruantia, indole iuris primogeniturae, & analogia sententiam ferendam esse §. antecedentibus iam monui. Quodsi nunc peruestigaueris has dispositiones sequentes tibi obuient casus; aut haec pacta, legesue in genere omnimodam superioritatem territorialem, iura regalia, regenti adscribunt, & postgenitis nonnulla tantum iura speciatim expressa relinquunt. aut primogenito superioritas territorialis expresse referuatur, iuraque referuata speciatim exprimuntur, reliqua omnia in genere, siue in complexu, vt inquit Celeberr. PÜTTER ^o) postgenitis relinquuntur; in posteriori casu melior est conditio secundogenitorum, quam in priori; de quibus singulis plura.

§. XVIII.

DE DECISIONE CONTROVERSIARVM
IN PRIORI CASV.

Quodsi in genere superioritas territorialis, &
regalia

^o) In prim. lineis I. P. P. lib. I. cap. V. §. 50.

regalia primogenitis relicta, & tantum quaedam iura territorialia in postgenitos translata sunt; prono alueo sequitur, vt quoad non expressa praesumptio pro illis facienda sit; mirum hinc alicui videri posset, quomodo dicto casu, si regenti omnia adscripta, & postgenitis tantum iura quaedam determinata concessa sunt, controuersiae de finibus iurium apanagiatorum oriri possint, sed experientia edoctus quam plurima diffidia nihilo minus inueniet. Quot controuersiae olim, & adhuc hodie in familia illustri Hassiaca, vt alias silentio praeteream, occurrunt, licet citra controuersiam in duabus lineis Hasso-Cassellana, & Darmstadina ius primogeniturae vigeat, & licet in ipsis transactionibus cum postgenitis, initis, superioritas territorialis plene confirmata sit? Sic in transactione de anno 1654. inter WILHELMVM VI. ET ERNESTVM Rotenburgicum inita, & Recessui imperii inserta, expresse statutum: „*dass* scil. Landgrauii Rotenburgici, *sich keiner andern, als deren obspecificirter massen einverwilligten und verglichenen iurium & actuum superioritatis auf einige Weisen anmassen solle*“; conf. LÜNIG p), MOSER q), ESTOR r). Sic in homagio, quod praestat ciuitas Rotenburgum dicitur: „*Dass dem re-*“

D 3 „gie-

p) Tom. IX. des Reichs-Archivs. p. 910.

q) l. c. T. XIV. p. 126.

r) loc. cit.

„gierenden Landes-Fürsten in dem Fürstl. Hause Hessen-
 „Cassel, und dessen Successoren in der Regierung, die Lan-
 „desfürstliche hohe Obrigkeit im geist- und weltlichen Sa-
 „chen, und davon dependirende Iura --- und in summa
 „alles andere, wie das Namen haben mag, so zur Landes-
 „fürstlichen Hobeit geböret, und demselben anhängig ist,
 „zustehe.“ Idem in transactione de 1707. inter Land-
 „grauium Darmstadinum & Homburgensem dispositur:
 „Dafs das regierende Haus Darmstadt, in der Stadt und
 „Amt Homburg alles, und jedes nach, wie vor, was durch
 „diesen und die vorigen Reccesse nicht an Hessen-Homburg
 „überlassen worden, auch darunter sonderlich die Landes-
 „fürstliche hohe Obrigkeit, und was derselben anhangt, wie
 „solches das Erb-Statutum und andere darauf gegründete
 „Reccesse ohnedem im Munde führeten, ganz ungeschmälert
 „behalten, und Hessen-Homburg sich keinerley Ihm nicht
 „übertragener Gerechtsamen, oder anderer Dinge, wie sie
 „Namen haben oder künftig erdacht werden mögten, anzu-
 „massen haben, noch das regierende Haus Darmstadt eini-
 „gerley Weise, oder Wege beeinträchtigen solle“ MOSER^{s)}.
 Ex quibus aliisue locis satis patet, tantum ea, quae speci-
 atim concessa sunt, postgenitis iura competere, quoad
 non expressa vero praesumptionem pro primogenitis mi-
 litare,

s) loc. cit. p. 169.

litare, & hoc fini primogeniturae quam maxime est conueniens.

§. XIX.

ALTER CASVS, SI IVRA TERRITORIALIA SPECIFICE DETERMINATA REGENTI RESERVATA, RELIQUA VERO POSTGENITIS RELICTA SVNT, EXPLICATVR.

Transeo iam ad alteram speciem, si pacta, legesue familiarum illustrium superioritatem quidem territorialem, sed specificè determinatam regenti reseruant, postgenitis vero reliqua omnia tribuunt. Quod si factum negari non potest, quin eo casu postgeniti longe meliori conditione vtantur. Etsi quidem apanagiati regulariter nullis fruuntur iurebus territorii, fieri tamen, vt supra §. XV. ostendi, omnino potuit, vt iura quaedam regalia in ipsos transferrentur. Conditis ab initio legibus, pactisue primogeniturae, cum diuisiones terrarum adhuc frequentiores essent, primogeniti quandoque postgenitis, qui in eorum commodum alias non renunciaissent, has conditiones & iura concedere coacti fuerunt; hinc, si talia pacta adsunt, affirmandum est, regenti praeter iura territorii minora seu naturalia ipsi tantum expressa, & maiora seu essentialia, quae scilicet, salua summa per territorium potestate, ab hac separari nequeunt, nihil iuris com-



competere, reliqua vero postgenitis adiudicanda esse. Enim vero, si quid expediat, quaeritur, equidem cum Clarissimo MOSERO ^{t)} sentio, vt aut ius primogeniturae integrum introducatur, aut plane aboletur.

§. XX.

DE DECISIONE RATIONE IURIVM, QVAE AD SVPERIORITATEM TERRITORIALEM NON REFERVNTVR.

Actum haecenus de eo, quid ratione iurium territorialium statuendum & quomodo eorum intuitu praesumptio facienda sit; iam paucis adhuc dispiciendum, quid iustum videatur, si alia iura non territorialia in controuersiam deducantur, & quomodo horum intuitu pronuntiandum sit. Sunt quidem nonnulli, qui indistincte pro principe regente pronuntiandum esse arbitrantur, sed a me impetrare non possum, vt horum opinioni absque limitatione accedam: quodsi enim de iuribus regalibus, & territorialibus quaestio est, nihil est, si modo, casum §. antecedente expositum excipias, quod obloquar; si vero de aliis, quae ad superioritatem territorialem non referuntur, iuribus sermo est, equidem putauerim, pro postgenitis praesumptionem faciendam esse. Siue enim ex natura pactorum rem consideremus, & ex intentione pacifcentium; siue ex fauore

t) l. c. Tom. XIV. p. 425.

re alimentorum in genere omnia vtilia regulariter, exceptis iuribus territorialibus, postgenitis concessa esse, fatendum erit. Idem tuetur venerandus senex MOSERVS^{u)}
 „Wann der regierende, und ein solcher nachgebobrer
 „Herr, wegen der Regalien, Stücke der Landes-Hobeit,
 „oder Gerichtsbarkeit streitig seynd, und die Sache unlau-
 „ter ist, so hält man billig dafür, das die rechtliche Ver-
 „muthung für den regierenden Herrn, in allem demjenigen
 „seye, was zur Landes-Hobeit geböret, gleichwie bin-
 „gegen für den Nachgebobren in allem dem, wessen Land-
 „sassen fähig sind.“ Eadem fere est mens celeberrimi
 HENRICI DE COCCII^{v)} qui ita scribit. „Caeterum
 „apanagiati non succedunt in iura regalia, vel terri-
 „torialia, sed tantum in vtilia, vnde & vectigalia loci in
 „apanagium dati, & iura collectandi &c.“ ad primogeni-
 tum spectant, nisi ipsi in specie quaedam relicta sunt.“

§. XXI.

^{u)} l. c. Tom. XIV. pag. 455. seq.

^{v)} Diff. cit. cap. III. §. 30. in Exercit. Vol. I. pag. 1013.
 adde PÜTTERVM in prim. lin. I. P. P. lib. I. cap. V.
 §. 50. „In deputato omnino *principalis* semper *finis*
 „respiciendus, vt iis, quae ad vsum pertinent, prae-
 „sertim contineatur.“



§. XXI.

DVBIVM, CONTRA PRINCIPIA POSITA, DE
APPLICATIONE REGALIVM, DESVMTVM
PROPONITVR.

Inter alia, quae principiis a me positis, obiici possunt argumenta, in primis illud consideratu dignum est, quod a negata principiorum regalitatis applicatione ducitur. Huic opinioni favere videtur illustris atque doctissimus PÜTTERVS w), fautor summo honoris cultu prosequendus, qui ita scribit „nec tamen ex „altera parte principia regalitatis ratione postgeniti perinde ac intuitu priuatorum recte applicantur.“ Verum cum regulae hermeneutices suadeant & iubeant, vt auctori haud temere sensus alius affingatur, quam qui aequitati in interpretando conueniens est, mentem celeberrimi auctoris potius hanc esse putem, capaciores esse illustres postgenitos possidendi regalia, quam priuatos, & proinde IC^{tis}, qui regalium doctrinam nimis extendunt, assentiendum non esse; quae si est viri celeberrimi peram IC^{tis}, Camerae & fisco praefecti assentatores qui

w) In prim. lin. iur priv. princip. lib. I. cap. V. §. 50.



qui Curios simulant, & bacchanalia viuunt.
Iuuenal *)

regalia contra ius fasque applicent, nonnunquam pactio-
nis fidem vtilitate metiendam esse putantes, nemini
ignotum esse arbitror, quorum tamen peruersa dogma-
ta mea non facio, sed eam notionem, quam Clariss.
Auctor, & alii tradent, sequor; conf. de LEYSER y).

§. XXII.

DVBIVM REMOVETVR.

Regalia sunt summa iura regiminis s. imperii,
prout illa celeb. PÜTTERVS in iure publ. passim vo-
cat, alii iura maiestatica, territorialia appellant, in-
ter quae tamen adhuc distinguendum esse putat DAHM z)
Comparata sunt haec iura regalia, ad dignitatem im-
perantis sustinendam. „Quousque inquit HEYSERVS a)

E 2

sum-

*) Sat. 2.

y) De assent. ICT. p. 93. seq.

z) Diff. de iusto & iniusto regalium vsu, Mogunt. 1755.

Cap. I. §. 1.

a) In spec. eleg. iuris publ. de distinctione regalium inter
essentialia & accidentalia, eiusque vsu Goetting. 1755.
Sect. I. §. 16.



summum imperium se exferit, eoque noua horum iurium oritur species, quae singulatim considerata, & complexum superioritatis constituenta, Regalium nomine insigniuntur. „Confirmant notionem iam traditam SCHMAVSS *b)*, & de SELCHOW *c)*“ singula iura, quae in vniuersum considerata S. T. constituunt *Regalia* vocantur, quo nomine designantur iura, principi vi S. T. competentia. „Si haec principia, fundamenti loco ponuntur, nihil quod applicationi principiorum regalitatis obstat, aderit. Quamuis enim alia postgenitorum sit conditio ac priuatorum, habito respectu ad dignitatem, qua eminent, in eo tamen conueniunt cum his, quod exclusi a superioritate territoriali iurium superioritatis non sint participes, nisi titulum, quo sibi illa competant, doceant, hinc hac relatione supremum appellationis tribunal, quod Cassellis floret, statuit *d)* Domum Hasso-Rheinfeldensem Landsassium esse, & controuersia de regali oborta, non sola possessione, sed possessione titulata s. tempore immemoriali niti debere. Nam, quum superioritatem regalia efficiant, haec postgenitis tribui non possunt, nisi pactis transactionibus &c. expresse concessa vel tacite legitimo modo acqui-

b) In Compendio iur. publ. Lib. III. cap. II. §. 7.

c) Element. iur. publ. Tom. I. §. 423. seq.

d) Decis. Tom. I. Decis. CLXIV. p. 718.



acquisita sunt vel naturali consequentia ex concessis fluunt; sic concessa potestate ecclesiastica, concessum censetur ius consistorii erigendi, visitationes ecclesiasticas adornandi, superintendentes constituendi; confer. STRUBE e): non vero licet ab vna regalium specie, ad aliam, aut familia iura interpretationem producere f).

§. XXIII.

VLTERIOR TRACTATIO.

Egregie haec illustrantur, & confirmantur, per decisiones, quae a supremo tribunali Appellationum stirpis Hasso-Casellanae de iuribus controuersis Dominus Rotenburgicae datae sunt. In primis lectu dignissima sunt, quae de iurisdictione forestali, aliisque regalibus, in controuersiam vocatis, passim lata sunt suprema iudicata, ex quibus nonnulla ad scopum nostrum facientia proferamus. Sic dicitur g): „*der Fürstl. Rotenburgischen Herrschaft steht der 4te Theil von Land und Leuten* (scilicet ratione vtilis domini, *wie es in Kaiser*

E 3

FER-

e) In dem rechtl. Bedenken p. 1. num. 132. S. 2165. adde BOEHMERVM in Consult. & decif. T. I. p. 1. resp. 34. num. 96. 10. & 109.

f) cf. WERLHOF diff. de alienatione, & concessione iurium, quae vocari solent regalia. recuf. Helmst. 1757. §. 35.

g) Tom. I. decif. CLXI.

„FERDINANDS II. Administrations-decret d. d. Praag
 „den 3ten Iun. 1628. erkläret wird) mit allen Unterthanen,
 „Renthen, Gütern &c. ausgeschieden alles dasjenige, was
 „zur Landesfürstl. Hobeit und Obrigkeit gehörig, zu.“
 Etsi eodem loco iurisdictionis forestalis domui Rotenbur-
 gicae concessa sit, id tamen saluo regimine, regalium
 & superioritatis iure factum esse ostenditur b). „Gleiche
 Bewandnis hat es auch mit den Förstern, welche zwar
 nicht ad reseruata verpflichtet werden, noch auf schick-
 liche Weise verpflichtet werden können, aber doch gleich
 allen Unterthanen in der Quart der Fürstl. Rotenburgischen
 Herrschaft, weiter nicht, als saluo regimine, regalium,
 & superioritatis iure des regierenden Hauses verpflichtet,
 folglich den Landes-Ordnungen unterworfen, und wenn
 sie denselben in Amts-Sachen contraveniren, oder sonst an
 den Hobeits-Rechten des regierenden Hauses sich vergreifen,
 der Regierung auf gleiche Art unmittelbar responssibel sind.“
 Idem confirmatur c) his verbis. „Nun ist aber aus den
 Compactaten klar, das Sereniffimis Principibus Rheno-
 feldensibus in der Rotenburgischen Quart durchaus gar keine
 Regalia, in der Niedergraffschaft aber nur allein diejenigen
 zuge-

b) l. c. Tom. I. p. 690. vid. quoque Decifionem CXXXVI.
 n. 4. pag. 556.

c) l. c. Decif. CLXII. n. 5. & Decif. CLXIII. p. 704.



zugestanden sind, so ihnen darinnen namentlich ausbeschrieben worden; in omnibus reliquis iuribus stehet also die Regel für den Landes-Herrn, auf unbeweglichen Gründen fest.“



THESES.

I.

Civitates sine religione non commode subsistunt; religionem politicam colentes tamen florere possunt.

2.

Nuptiae cum defuncti fratris vidua non sunt illicitae.

3.

Poenarum capitalium & torturae usus nouissime quidem a SONNENFELSIO & de BECCARIA, aliisque impugnatus est, recte tamen defenditur.

4.

Textus II. F. 56. Spurius regalium fons est.

5.

Receptio iuris Romani multa quidem mala Germaniae intulit, nihilominus pro magno beneficio haberi debet.

6.

Inspectio cadaveris s. sectio a personis iudicialibus dirigenda, nec medicis protocolli confectio relinquenda est.

7.

Ius primogeniturae iuri diuino non repugnat.

8.

Patria potestas in dubio ex iur. Rom. diiudicanda est.

9.

Neque pro operis indeterminatis, neque pro determinatis praesumptio militat.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO ORNATISSIMO ET DOCTISSIMO
IVRIVM CANDIDATO

CAROLO OTTONI GRAEBE

S. P. D.

CAROLVS GVILIELMVS WIPPERMANN.

Quin Tibi, ex Vniuersitate nostra litterata discendenti multum salutis impertiar, mihi plane temperare non possum.

Numquam non, ingenii Tui dotes demiratus, Tuam, quam inter nos in addiscendo iure adhibuisti industriam, alius exemplar proposui. Vidi, dum inter nos es versatus, quae aegeres quotidie, omnes actiones Tuas inspexi, integritatem vitae, mores optimos, ac contentionem ingenii, ipse expertus fui, ac praefens vidi & audiui. Nemo Te majori desiderio flagrauit, siue de iure Germanico praeciperem, siue ius publicum & Clientelare & ecclesiasticum traderem, meas frequentandi scholas; nemo Te diligentius rationes & argumenta exquisiuit; nemo de mediis, ad interiora harum actuum perducentibus magis cogitavit. Neque tamen reliquas scientiae legitimae partes in meis & COLLEGARVM meorum GRAVISSIMORVM acroasibus neglexisti. Vbi docentium recitationes audiendae erant, ibi totus eras, ibas, redibat, neminemque Te vidi alacriorem. Sed de hac re, quominus plura copiosius dicam, Tua vetat modestia, cum laudum Tuarum locupletes habeam testes COLLEGAS GRAVISSIMOS, & Ipsam GEORGIAM AVGVSTAM, in qua Celeberrimis ICTis auscultasti, & ex illorum recitationibus Tuam eruditionem reddisti ampliore.

Reddo Tibi nunc oblatam mihi dissertationem inauguratam a Te ipso conscriptam, non correctam a me, non immutatam. In hoc Tibi gratulor, qui hoc argumentum, ab ipsis ICTis turbatum, singulari iudicii acumine es perscrutatus. Ascendam nunc cathedram, ad dissertationem hanc publice defendendam, inferiorem, mox in alia palaestra nostra ascensus superiora.


Praecor, vt Tuae res fauste, feliciter, ac prospere ex voto ce-
dant. Ego vero, quod vnum valeo, Te, meum olim auditorem, tam assiduam & quotidianam perpetua complectar cogitatione.
Vale & me Tui, Tuorumque amantissimum amare, vt pergas, Te obtestor. Rintelii, d. XVI. Dec. MD CCLXXV.

◆◆◆◆◆

(x225 7030)







COMMENTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
CONTINENS

POTIORA APANAGII CAPITA

IN SPECIE DISCVSSIONEM QVAESTIONIS:
QVID RATIONE IVRIVM INTER RE-
GENTES, ET NON REGENTES s. PRIMO-
GENITOS ET POSTGENITOS CONTROVER-
SORVM, PRAESVMENDVM, STATVEN-
DVMQVE SIT?

QVAM

A V S P I C I I S

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI FRIDERICI II.

HASSIAE LANDGRAVII, RELIQA
RECTORIS ERNESTINAE MAGNIFICENTISSIMI

P R A E S I D E

DOMINO CAROLO GVILIELMO
WIPPERMANN

PHIL. ET IVR. DOCTORE, HORVMQVE PROF. P. O.
FAVTORE SVMME COLENDO

PRO OBTINENDIS

SVMMS IN IVRE HONORIBVS
PVBLICO EXCELLENTISSIMORVM PROFESSORVM
EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

CAROLVS OTTO GRAEBE

IVR. CANDIDATVS.

DIE

DECEMBR. CIOIOCCCLXXV.

RINTELII, TYPIS ANT. HENR. BOESENDAHL. AC. TYP.